Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

suus expectamus: in quibus iustitia habitat. Propter
quod karissimi hec expectantes: satagite immaculati
et inuiolati et inuenimini in pace. S. matheum.
In illo tempore. Videns iohannes multos pharisaeorum
et saduceorum uenientes ad baptismum suum:
dixit eis. Progenies uiperarum. quis demonstrauit
uobis fugere a uentura ira. Facite igitur fructum
dignum penitentie: et ne uelitis dicere intra uos
patrem habemus abraham. Dico enim uobis quia
potest deus de lapidibus istis suscitare filios abra-
he. Iam enim securis ad radicem arboris posita
est. Omnis igitur arbor que non facit fructum bonum
excidetur et in ignem mittetur. Ego quidem bapti-
zo uos in aqua in penitentiam: qui autem post me uen-
turus est fortior me est. cuius non sum dignus cal-
ciamenta portare. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto
karissimi: Bene agite bonum. Feria vi. iacobi. et igni.
et non facientes: peccatum est illis. Agite nunc di-
uites. plorate ululantes in miseriis uestris que ad-
uenient uobis. Diuitiae uestre putrefacte sunt et ue-
stimenta uestra a tineis comesta sunt: aurum et argen-
tum uestrum eruginauit. et erugo eorum in testimo-
nium uobis erit. et manducabit carnes uestras sicut
ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis
diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt
regiones uestras que fraudata est a uobis clamat: et